

August Varenius Hermann Erdmann

## **Illustrissimorum Locorum, Libri Elleschmoth s. Exodi Decas XII.**

Rostochii: Richelius, 1653

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740000233>**


Druck Freier  Zugang



RU. Med 1653

Varenius, August/a

Verf.: Erdmann, Hermann



11.  
ILLUSTRISSIMO-  
RUM LOCORUM,  
LIBRI ELLESCHMOTH  
s. EXODI

D. E. C. A. S  
XII.

Qvam

In celebratissimâ Academia  
Rostochiensi

כְּשֵׁן מִיָּד  
PRÆSIDE

AUGUSTO VARENIO,

SS. Theol. D. Hebraicorum Prof. Publ,

*Ad d. 1. Octobr. h. pomerid.*

In Auditorio Majori publicè  
defendet

HERMANNUS Erdmann


Palæogæo-Bremensis.

☉ (: ) ☉

ROSTOCHII

Typis Johannis Richelii, Senatûs Typogr,

Anno c13 13c LIII.



VIRIS

*Admodum Reverendis, Amplissimis, Nobilissimo,  
Consultissimo, Excellentissimis*

DN. MICHAELI HAVEMANNO, per Ducatus Bremens. & Verdens. Superint. generali, &c.

DN. NICOLAO von Höpfen / J. U. D. Consistorii Ducal. Bremens. Directori Eccles. Inspectori, S. R. Maj. Sveciæ Vice-Cancellario Bremens. & Consiliario,

DN. M. FRANCISCO MULLERO, Eccles. Palæog. &c. Præposito & Pastori in Jorche.

*Viris item Reverendis & Clarissimis*

DN. JOHANNI von Angelbeck / Pastori ordin. in Nienfeld Senior. Minister.

DN. HERMANNO Erdmann / Pastori in Nienkirch /

DN. JOACHIMO Krebsen / Pastori in Hüllern /

DN. HERMANNO OTTONI, Pastori  
in Grimenreich /

DN. PAULO Bient / Pastori im Nienfeld /

DN. JODOCO Korschamb / Pastori in Seccinenkirch /

DN. NICOLAO Hermans / Pastori in Twilensfeld /

DN. JOHANNI CONRADO Rebe / Pastori  
in Borstel /

DN. JOHAN-GEORGIO Winger / Pastori  
zur Mirlentkirch /

DN. M. JOHANNI RIMPHOVIO, &

DN. DETLEVO Rißler / P. P. bey der Eschbrück: /

Dominis Promotoribus, Dn. Patri, Fautoribus  
honoratissimis, hanc sacram Exercitationem,  
cum studiotum meorum humiliter  
commendatione,

inscribo

*Hermannus Erdmann /  
Respondens.*

*Ad Eximium & Doctissimum*  
**DN. RESPONDENTEM,**  
*Amicum singulariter dilectum.*

**C**antica Magnifici *Mosis* sanctissima dices?  
Hæc quondam alternis fœmina Virq; choris  
Ad *Mare Suph* cecinit: quem non hæc *Musa* movebit  
Est lapis, & gelidum desipit ille *Jovem*.  
Sume iubens *Mamb*: succedet nobile MANNA:  
qui quondam DEUS, ille & tibi *melle* pluet.  
I *Schir* & *Man* hoc Mystrarum apponito mensis:  
Esto decus patriæ, delictumq; Patris!

*Augustus Varenius, SS. Th. D.*  
*Hebraic. & Catech. Chr. Prof. Publ.*

**Q**uæ umbram captas veteris MAN fœderis? An te  
A Christo ad tenebras cœlica Manna trahit?  
At trahit UMBRA DEI te, qua fulgentior, atq;  
Mundanae Sophias lumina cuncta, micat  
Ipsa, precor, Jove te lux collisiret, in umbris  
Ut verum quaras lumen, & invenias.

M. Johan Christoph. Ottonis,

**S**ic notum facies patriæ, Dominoq; Parenti,  
Strenua quod fueris Pieridum soboles;  
Cum scandis cathedram lætus, cum lemmata docta  
Doctè defendis, Præside Varenio.  
Maçte istoc studio; doctus patriamq; revise,  
Et sic doctrinæ præmia digna feres.

*Johan à Lith, N. B.*

D 1172


**D**um sacris operans, cathedram conscendis, amice,  
Virtutem & celeri pergis adire pede :  
Faustum sit, voveo ; nihil hunc virtutis amorem  
Tollas, sic laudis fama perennis erit.

Ummius Herfeniv  
Butjadâ-Frif.



**E**xcitat ingenuam quæsitâ industria mentem,  
Cui dium curæ est, explicuisse cibum ;  
Hæc Deus altipotens tibi proxima coepta secundet,  
Te manet æternus non moriturus honor.

Bernhard Dropius,  
Osnabr. Westphalus.



**S**i præsens animus Genij cum dotibus adsit,  
Rumpet is ambiguas absq; labore strophas.  
Hoc tibi sub tanto cum constet Præside, Amice,  
Gloria non patria magna futura tuæ es ?  
En Rosa testatur, testis Varenius exstat,  
Qui partes tenebras discutientis agit :  
Hic vobis pandit sanctæ penetralia lingua,  
Hunc meritè sequitur non periturus honos.  
Sis animo, studio claro sub Præside præsens,  
Laus, quate deceat, non procut absuerit

Christianus Nielsen  
LL. Studiosus.

**I**ngenium doctis, sanctæ gymnasmate lingua,  
Docte ERDMANNE tuum cominus ipse probas.  
Non VIR tu TERRÆ es, à nomine discrepat omen  
Nam res divinas heic sapias atq; sonas.  
Auguror : applaudit nunc ut tibi doctior omnis :  
Certatim te sic expetet & patria.

Goisfridus Joh. Haym Frif.



# DECADIS XII.

## LOCUS I.

### CANTICUM MOSIS ET ISRAELIS

Exod. 15.

**C**oncl. 1. אהאמרו בעלמא הדין ומשכח מן עסרת שירתא כולהן שירתא די אמר שנמרי ברוח נבואה קורס רבין כל עלמא i.e. *Decem cantica pronunciata sunt in hoc seculo, ex quibus excellentissimum est Canticum canticorum, quod in Spiritu Prophetiae elocutus est Salomo ceteram Dominatore omnis seculi: verba sunt Targum in vers. 1. Cant. Cant. quod ibidem ordine enarrat X. illa cantica, ex quibus duo priora ita describit: שירתא קמיתא: אדם בזמן ראשתביק ליה חובתיה ואחיה יומא דשבתא ואגן עלוי פתח פומיה ואמר מזמור שיר ליום שבתא: i. e. Canticum 1. Adami, quod cecinit in tempore, quo remissum est ei debitum s. peccatum ejus: simul enim advenit Sabbatum, aperiens os cecinit in Sabbato illo Psalmum XCII. qui exinde inscribitur Chaldaice: Psalmus Sabbaticus: porro: שירתא תניתא אמר משה עמ בניו דישראל בזמן די בוע להון מרי עלמא ית ימא דסוף פתחו כולהן ואמרו כחרגא שירתא i. e. Canticum secundum cecinit Mosebe cum filiis Israelis, illo tempore, quo Dominus seculi secuit illis rubrum mare: omnes tunc aperuerunt os & unanimiter decantarunt Canticum illud, quod inscribitur: Tunc cecinit Mosebe cum filiis Israelis hoc ipsum Canticum Domino, & dixerunt hunc in modum Exod. 15. 1. quod hac ipsa Disputatione, in Mosen 24. in Exodum 13. examini sistimus.*

Concl. 2. Occasionem cantici particula **IN** sistit, eademq; ad liberationis mysterium, & stupendum illud Exod. c. 14. miraculum proximè antecedens, respicit. Quæstio hic nobilis in ipso statim panditur Cantici introitu, quæ ratio sit nexus particulæ **IN** cum tempore futuro ישיר? Resp. futurum cum **IN** copulatum supponere pro præterito, monent Hebræi regulâ Grammaticâ:

Hh

רחח



משפט לשון הקדש עתיר חת עבר עם מלת א  
 idq; exemplis con-  
 firmant Jos. 8. 3. 1. Reg. 11. 7. Deut. 4. 41. Jos. 10. 12. uti ob infalli-  
 bilem futuritionis certitudinem passim in prophetiis, maximè  
 Evangelicis עבר החרת f. præteritum pro Futuro. conf. in  
 hoc Cantico à v. 13. 14. 15. Dubium tamen nullum, qvin in primâ  
 intentione Mosis, Canticum hoc fuerit in tempore futuro, ut  
 ita respectus tum ad Mosis intentum, tum ad ejus complemen-  
 tum hic uno complexu insinuetur. Sc. simul in ipso maris fundo  
 sentit Mosche insigne illud & admirabile beneficium, jam tum intendit  
 hoc vel simili Cantico celebrare Bellatorem Deum, quod Canticum  
 tum adhuc erat in futuritione, adusq; consummatum *Israelis* per  
 rubrum mare transitum. Errant enim, qui prolixum nimis inter illud  
 Baptismum maris rubri, & hoc Canticum, ponunt temporis in-  
 intervallum, uti sine ratione hic opinatur Zvvinglius.

Concl. 3. Commendatur hic Poesis Hebræorum, à cujus  
 sanctitate longè abit inverecunda, & indiscreta seculi nostri Poe-  
 sis, ad fallacem magis assentationem, & inanem Carnis oblecta-  
 tionem: quam summi Dei celebrationem composita: quamvis ille  
 non nostro demum seculo abortus cœperit, quem jam suo seculo  
 Chrysostomus, planè ex seculo nostro, describit hom. 12. in Ep. ad  
 Cor. 1. c. 4. p. 431. Oda, inquit, πάσης γέμουσιν ἀκολασίας. ἐρωδίας  
 ἀτόπους, μίξεις πειρανόμους, οἰκτιῶν ἀνατροπῆς καὶ μυρίας ἐπεις  
 ἀγούσαι τετραγώνιας, καὶ πολὺ τὸ πῦ Φίλου καὶ ἐρωδῶντ. ὄνομα  
 ἔχουσαι, καὶ τὸ τῆς Φίλης καὶ ἐρωμένης. Sed nos ab illis querelis  
 Mosis symphonia avocet. Autor Cantici θεόπνευστος, solus Mo-  
 sche: idemq; primus ejus Doctor. Docuit quippe Mosche hoc  
 Canticum Seniores *Israelis*, & his postea adjunctus, omnes *Israelis* my-  
 riadas: uti Miriam edocta à Fratre Mosche idem docuit feminas:  
 cumq; id docta esset tota *Israelis* universitas, primò omnium in  
 desertis maritimis Arabiæ publicè decantatum est ab omnibus  
 myriadibus *Israelis* hoc gloriosum Canticum, præcinente in cho-  
 ro Virorum, *Mose*: in choro mulierum, *Prophetissâ Miriam*:  
 duos enim choros representatos fuisse, unum *Virorum* unâ voce  
*intonantium*: alterum, *feminarum respondentium*, & alternantium,  
 &

& vox ענה seu ורען, & pronome לרם v. 23. & mutatu illud ורען  
 in ורען satis evincunt. Malè enim Vulgatus, uti & Græci, ad  
 fæminas illud pronomen referunt (cum affixum expressè sit maf-  
 culinum) & verbu ענה in sensu præcinendi exprimūt, cum significatū  
 habeat, alternis canendi, canendo respondendi, quod Græci vocant.  
 ἀμοιβῶσαι. Cecinerunt ergo Viri: responderunt mulieres. Hic præ-  
 centrix fuit Miriam: ibi Moses. Neq; verò vocali saltèm: sed &  
 instrumentali Symphoniâ id est decantatum: unde expressè Tympani  
 fit mentio, quod id præ cæteris instrumentis Musicis ad numeros  
 decoros & mensuram sit aptissimum: ad numeros enim, in festivi-  
 tatib<sup>9</sup>, puellas alternis cecinisse, & choras duxisse, ac saltavisse, unâ  
 præcinente, alias respondisse constat. Unde quod hic commen-  
 datur: id in festo vituli, quando ἐκάθισεν ὁ λαὸς τῷ Φαγεῖν καὶ  
 πῖναι καὶ ἀνέστησαν παῖζειν improbat: etsi illud παῖζειν excludat  
 illud σμῦνον, quod hic in choro mulierum commendatur, & dicat in  
 verecundiozem saltationem, de quâ idem paulò ante nominatus pa-  
 ter: Virgines omni exuto pudore, & suam proiicientes salutem, inter  
 impudicos adolescentes, in compositis cantilenis verbisq; turpibus, & Sa-  
 tanicâ consonantiâ lascivium, & indecore se gerunt. Optamus, nec  
 hoc seculo juventutem πᾶσαν τὴν αἰδῶ ἀποδύσαι.

Concl. 4. Frustra, si de carminis hujus genere quæstio sit,  
 Hexametri, & Rytmi hîc finguntur, qui non sunt, nisi casuales sa-  
 cræ Poesi. In 1. characteris majestate 2. accuratissimâ membrorum,  
 territoriorum, correspondentiâ & proportione. 3. patheticâ elo-  
 cutione, quam tûm accentuatio, tûm sanctissima vocum gemi-  
 natio, exclamatio (ut v. 6. II. Dextera tua, Dextera tua: item: Mi  
 camocha, mi camocha) attollit, verâ poesis Biblica fundatur.  
 Thema cantici formale inadequatū distingvitur per paschta, & est  
 ורען ורען Cantabo Domino: Thema adæquatū toti can-  
 tico, & fundamenti, quod est summa Dei Israelis excellentia in actû  
 glorioso exercito, complexivum, toto continetur membro secun-  
 do, & quâ fundamentum in tesi distingvitur per (: ) quâ fundamen-  
 tum in hypotefi unâ cum toto versu, per sylluk. Tesis sc. est: IHO-  
 VAH omnimodò excellit: hypotefis, exhibens excellentiam illam  
 H 2 in st-

*in signo s. actu exercito praterito : Equum & sessorem ejus projecit in mare. Ut ita Thema adequatum sit : Ille IHOVAH, qui summè excellit, & summa illius excellentiæ in submerso cum copiis Pharaone, & liberato admirabiliter Israele, majesticum spectaculum dedit, (& ad auditionem tanti miraculi trepidantibus Ecclesiæ hostibus, porro in introducendo & plantando Israele in monte sancto, dabit) ab Israele est solemniter hymno celebrandus.*

Concl. 5. Tractatio Thematis, tota est magnificè exogetica, & uti ipsum Thema, in triadem resolvitur, exactè triadi Thematis respondentem : Explicat sc. 1. thema formale, s. modum & actum, celebrationis Eucharisticæ in v. 2. 2. Excellentiam in actu exercito praterito ad v. 12. ubi memorantur beneficia jam tum impetrata : 3. Excellentiam illam in actu exercito futuro ad usq; v. 18. ubi memorantur beneficia, ex misericordiâ & promissione Dei in posterum impetranda, adeoq; uti Thema : ita tractatio Thematis, tota continetur in cantando & exaltando per Eucharistiam, IHOVAH, ob geminum Excellentie apotelesma, unum prateritum : alterum futurum : illud est : liberatio Israelis & submersio Pharaonis facta à Ihovah bellatore à v. 3. ad 12. hoc, introductio Israelis in terram promissam, ejusq; plantatio in sanctuario v. 13. 15. 17. illius consequens ponitur, ut agnoscat solum Ihovah gloriosum esse in sanctitate, reverendum laudibus, admirabilem in operibus v. 11. hujus, ut agnoscat solum : Ihovah regnare in sempiternum in regno s. Ecclesiæ Catholicæ v. 18.

Concl. 6. Fundamentum cantici in tesi, est : *Excellentissima Dei Israelis excellentia*, quam signat illud יְהוָה יְהוָה quæ ipsa in hypothesi, & adeò in actu exercito declaratur per illud יְהוָה quando statim additur : *Equum & sessorem ejus cum impetu dejecit in mare.* Probatur scilicet excellentissima Dei excellentia, in superbissimorum Tyrannorum depressione vehementissimâ, sc. dum deponit potentes de sede, dum ὕψιστον Tyrannos, potentia & excellentiâ inflatos, horrendum deprimit, hoc ipso se excellentiorem ostendit. Benè Chaldæus transtulit illud : excellendo excellit per עָרַב גִּבּוֹרֵי עָרַב i. e. *Excellentem se ostendit super elatissimos* : porro nexum teseos & hypoteseos גִּבּוֹרֵי עָרַב דִּלְיָה

רָמָה i. e. Ex excellentiâ illâ, quæ est illi, eqvum, & e-  
 qvitem projecit in mare, ut ita illud רָמָה sit apotelesma illius  
 רָמָה. Sunt, qui exaltandi significationem hîc ponunt in רָמָה:  
 sed talem quæ sit ipsa interfectio, per *metalepsin*, vel ut sit *sarcasmus*,  
*Deus pulchrè exaltavit illos, qui alti esse voluerunt*: prout vel Germa-  
 ni suspensum in patibulo, elevatum dicunt: vel ipsa Christi  
 σωτηριας, dicitur ὑψωσις. Sed rejicimus illud interpretamen-  
 tum: quia 1. רָמָה est quidem cognatum cum רָמָה: at hoc loco  
 non est רָמָה: sed רָמָה: nexus radicum is esse potest, quod su-  
 perba elevatio antecedere soleat ruinam, & hujus esse causa:  
 2. magis convenit hîc oppositio *excellentiæ* (רָמָה Dei, & *depressionis*  
 (רָמָה) Pharaonis: quàm si in רָמָה ponatur exaltandi significatio.  
 3. significatio elevandi non est in רָמָה, nisi suppositâ fallaci Sophi-  
 sticâ, quatenus impositurus alteri eum elevat, ut deprimat. Apage  
 hæc à sanctissimo Deo. 4. & illa ipsa tantùm est in pihel: hîc  
 in kal.

## LOCUS II.

Exod. 15. 2.

Der HERR ist meine Stärke und Lobgesang / und ist  
 mein Heyl / das ist mein GOTT / ich will ihn preisen / Er  
 ist meines Vatters GOTT / ich will ihn erheben.

**C**oncl. 1. Tria dantur loca in quibus hæc majestatis ple-  
 nissima sub eodem formali occurrit formula, idq; rectè mo-  
 nent Hebræi tali notâ: אלהי ג' עת שר' כאן שר' יש' של תהי: scilicet reperitur semel hoc loco: semel Jes. 12. 2. semel Ps. 118.  
 v. 14. ubi præterea constanter 7 est sub זמרה, unde quæstio,  
 quæ ejus puncti ratio?

עַי וְזָמְרָתִי יְהוָה לִי לְיִשׁוּעָה Exod. 15. 2.

עַי וְזָמְרָתִי יְהוָה יְהוָה וְיִהְיֶה לִי לְיִשׁוּעָה Esa. 12. 2.

עַי וְזָמְרָתִי יְהוָה וְיִהְיֶה לִי לְיִשׁוּעָה Psal. 118. v. 14.

**C**oncl. 2. Tres hîc sunt Hebræorum resolutiones, quas  
 ordine subjiciemus:

H 3

1. R. Sal-

1. R. Sal. Jarchi : עוֹז מִרְיָהוּהוּ לִי לִישׁוּעָה

hanc rejicimus, quia directè repugnat accentuationi, quæ non concedit nexum regiminis, ut sit interpretatio talis : *Majestas & gloria Domini celebranda, fuit mihi in salutem* : & præterea supponit manifestè erronea sc. i. ' in עוֹז esse Paragogicum : non i. perf. significativum. 2. aliud esse עוֹז aliud עוֹז. 3. ׀ in ויְהי' pariter esse pleonasticum, ita ut territorium secundum sit primi prædicatum : quod in tali posito est contra משפט לשון הקדש : & sunt exempla à Rabbino allegata ἀπεροδίωντων.

2. עוֹז מִרְיָהוּהוּ עוֹז יְהוָה ויְהי' לִי לִישׁוּעָה R. Ab. Esr.

i. e. Robur meum & gloria roboris mei, est IHOVAH f. der Herr ist meine Stärke / vnd denselben / welchen ich preisen wil / als meine Stärke : cæterum nec hæc convenit accentuationi : unde

3. Targum : עוֹז מִרְיָהוּהוּ i. e. Majestas mea, & canticum meum est יְהוָה f. uti ipsissimi Chaldæi habent verba : תקפי

וְהַשְׁבַּחְתִּי רַחֲלֵי יְהוָה i. e. Robur meum, & gloria mea est Reverendus IHOVA. Hanc ex tribus illis præferimus, quia accentuationi convenit : Ita ergò solus יְהוָה est robur, & gloria Israelis, idèq; Cornu salutis, qui in hoc ipso apoteleimate sese ostendit ut i. Deum fortem. 2. ut Deum Patris Mosche & omnis Israelis, unde reciproco affectu obligatus est Israel ad illos actus, quos exprimit gemina vox sc. i. אֲנִיָּהוּ 2. אֲרַמְּנָהוּ

### LOCUS III.

Exod. 15. 11.

**Er ist meines Vatters GOTT / ich wil ihn preisen.**

Concl. i. Ita vocem אֲנִיָּהוּ Lutherus noster, cum quo convenit Raschi : *Enarrabo pulchritudinem & gloriam ejus seculis futuris* : & Münsterus : *Decorabo eum* : ac si esset à radice אָנָה : at Chaldæus : אֲבַנִּי לִיהוָה מקדש *adificabo ei sanctorium* : R. David Kimchi : *Tabernaculum faciam ei*. R. Ab. Esra : *Faciam eum habitare in domicilio* (loco amœno) ac si esset à rad. אָנָה uti omninò est. Quod si ergò alterutrum saltem obtinere debet, hi prævalent.

lent. At videtur in re parum discrepantiæ esse. Qvi Deum laudat, glorificat, ejus gloriam enarrat, ille hoc ipso, Deo amanissimum templum vel habitaculum extruit: & sunt illæ radices unius literæ, quæ tamen non excedit organum, varietate saltem discreta. Trem *Habitaculum decorum ponam ei*, ut sit respectus ad illud שׁוֹרֵת qvod infra c. 15. 13. memoratur: & in ipso nomine plurali passim est נְאוֹת pro נְוֹת imò & נְוֹת qvomodo *Academia Saulis* dicitur 1. Sam. 19. 4. ubi Chaldæ per אֹרְפְנֵי f. domum doctrina expressit: etsi non omnes נְוֹת sint נְאוֹת Esa. 35. 7.

Concl. 2. In versu. 5. Cantici occurrit vox יְכַסֵּימֹ punctatione mirabili: & מֹ qvidem pro מִ non insolens in canticis: at sic regularè esset יְכַסְמוֹ vel יְכַסְמוֹ vel יְכַסְמוֹ, vel יְכַסְמוֹ. Nonnemi videri poterat esse יְכַסְמוֹ pro יְכַסְמוֹ sc. ut ad formam perfectorum concipiatur יְכַסְמוֹ & adeo יְכַסְמוֹ: sed רִית דְּגַשׁ i. e. non reperitur in hac voce Dages, ut ita omninò illud Schva mobile fiat mutum excidente Dages: apparet pro eliso Dages & duplicatione 2. radicalis, tertiam etsi per י representatam redire, ut ita pro יְכַסְמוֹ sit יְכַסְמוֹ vel יְכַסְמוֹ cui jam affixum additur.

Concl. 3. Qvod v. 7. dicitur: *In multitudiue excellentia tua vastabis resistentes tibi.* At τῶν βουλῆματι Θεοῦ τις ἀνίστηγεν? Bene Chaldæus per: יְרַקְמוּ עַל עַמֶּךָ i. e. *Eò qvod resistentes fuerunt, vel opposuerunt se populo Dei.* Ita sanè est, qvi Dei populum, vel unum Christianum spernit, offendit, persequitur, premit, ipsum Deum spernit, offendit, persequitur, premit.

Concl. 4. Qvod v. 8. dicitur: רוּחַ אַפִּיךָ נְעֵרְמוּ מִי non eodem modo intellectum videmus. Primò illud רוּחַ אַפִּיךָ Vulgatus expressit: *Spiritum furoris*: qvod nec rei convenit: furor enim in vitio ponitur: nec voci: *Spiritus narium* ab aliis redditur: qvod dextrè explicandum: tribuitur sc. Deo & נְשִׁמָּה & נְשִׁמָּה seu halitus in naribus, signum ira vehementioris: unde intelligitur, non infirmitatis: sed majestatis πνεῦμα φερασι illam esse Esaiam, quæ de Θεῶν Δράμα Christo ita concludit c. 2. *Defistite vobis ab homine illo, in cujus naribus est halitus.* Sic hoc loco רוּחַ אַפִּיךָ est majestas essentialis & vindicatricis Dei justitia in actu  
exerc-

exercito, & signo glorioso, Spiritus illius f. נשמה quem æstuans, in Israelitas gratiâ : in Aegyptios irâ, Deus, potenter emisit : unde paulò ante memoratur ardens ira Dei, S. Dei justitia, ut ignis agens in impios, ut culmos, & stipulam. Chald. per מִימְד פִּי f. egressum (verbum) oris f. ex ore Dei pulchrè reddidit : quod aliàs benè convenit λόγῳ περὶ φωνῆς, imò Verbo incarnato. Conf. v. 10. ubi quod in fontibus est : Spiravisti flatu tuo: Chaldæus ita reddidit: dixisti verbo tuo, uno sc. verbo, uno flatu Dei, deijcitur & proster-nitur omnis hostium potentia.

Concl. 4. Effectus illius spiritus ponitur נַעֲרָמוּ מִיָּם quod Chaldæus expressit : הַכִּימוּ מִיָּם i. e. *Aqua prudenter egerunt* : Vulg. *Aqua congregatae sunt*. Alij: *Aqua nudatae sunt*. Licet autem formationi passiva Niphal magis congruat significatio congregandi, vel coacervandi: uti callididatis significatio in Kal & Hiphil, 1. Sam. 23. 22. Prov. 19. 24. & adeò hoc loco מִיָּם נַעֲרָמוּ idem sit, quod היו לערמים מִיָּם aqua facta sunt in acervos, & benè expressum à Vulgato & Græcis per ἐσώρετο; putamus tamen hoc loco omnes has pulchrè subordinari posse : *Aqua sc. maris sentientes illum imperatorium potentis Dei Spiritum, velut intelligentes mandatum, paruerunt statim, steterunt utrinq; acervatim*; ad quem σωσµονδν f. coacervationem aquarum secuta est nudatio fundi. Sed quomodo nudatae sunt aqua? Resp. dum ex fundo in acervum illum lateris sunt condensatæ, nudum reliquerunt fundum. Notetur hîc νεφέτης Pharaonis indurati : *inanimis creatura*, etsi naturâ fluida, imperanti Deo ad nutum pariet, & indicium intelligit : at Pharao non fuit מערים סור & adeò notatur defectus ערמה conf. Prov. 8. Notetur & gradatio in tribus verbis 1. נַעֲרָמוּ quod dicit coacervationem 2. נִצְבּוּ quod dicit consistentiâ. 3. קפאוּ quod supremum dicit gradum, quo aqua jam coacervatæ & consistentes, ita sunt concreta, ut starent instar pavimenti congelati, & muri cujusdam fortissimi : neglexit hanc emphasin Vulgatus, 1. & 3. confundens.

Concl. 5. Versu nono in oratione Pharaonis ponitur illud : הַמַּלְאָכוֹת נִפְשׁוּ, quod planè egregiè expresserunt Chaldæi : מְהַרְהֵרָה

נפשes soll sich meine Seele an ihnen fetzen: Raschi: תמלא מהם  
 נפשי ורעני i.e. *Anima & libido mea implebitur de illis.* Pulcherri-  
 me autem ex Germanismo Lutherus: *Ich will meinen Dusch an ih-*  
*nen tihlen.* Est sc. תמלא מהם pro תמלא מהם: notetur regula  
 de affixo immediatè copulato, & exempla Gen. 31.20. c.34. 10. c.43.9.  
 In eodem versu Pharao minatur: הורישמו ירי. Quæritur quid  
 minetur? an assertionem in hereditatem? an interfectionem &  
 פאן דא געזען; an redactionem in statum miserum, ut sit לשון רשות  
 sc. *Miseros eos faciet manus mea?* Resp. admittimus primum, veluti  
 formalitèr significatum, & à Pharaone intentum conf. c.14.5. nec  
 excludimus materialitèr secundum, qvatenus sc. intentum Pha-  
 raonis fuit, illos, ut servos fugitivos, in servitutem pristinam  
 retrahere, & ut mancipia, durius etiam, qvàm ante, ex plenitu-  
 dine potestatis de jure belli, tractare. Tertium à textu alienum:  
 neq; enim est radix ירי: sed ירש.

Concl. 6. Quæritur qvomodo v. 12. terra dicatur absorpsisse  
 Aegyptios, cum perierint in aquis? Resp. ex v. 9. *Mare illos operuit:*  
*perierunt profundum, sicut plumbum in aquis potentibus.* Quæritur  
 an rectè Vulgatus v. 14. expresserit: *Adscenderunt populi, &*  
*irati sunt?* Resp. Error est manifestus: in fontibus est: *Audiverunt*  
*populi, & cum fremitu commotis gelidus per ima cucurrit ossa*  
*tremor:* So bald solches die Völker hören werden / werden sie erschre-  
 cken &c. unde statim additur פיליטינורם Philistinorum, ad qvos vici-  
 niores non potuit non statim penetrare fama, (malum qvo non a-  
 liud velocius ullum) tanti miraculi. Notatur autem voce  
 פיליטינורם dolor, & anxietas vehementissima, & nullo vel fremitu,  
 vel savitiâ inevitabilis, qvales sunt *ὠδίνες τῆς ἐν πλάσι ἐχούσης.*  
 Porrò v. 17. Quæritur 2. qvæ ratio puncti in מקרש? Resp. singu-  
 larissimum planè illud notat Masora: cum semper aliàs sit מקרש  
 ita ut sit Dages lene in ק & aded præcedat mutum schva: hîc  
 Dages fortè, & aded schva mobile: uti enim post Dages forte est  
 schva mobile: ita nullibi post schva mobile est Dages lene: nec  
 unqvam est Dages forte, nisi in unâ voce מקרש. Quæritur 3. an  
 vox תטעמו sit à rad. טעם gustavit, ita ut reddenda sit: *Gustare*  
לי
facies



facies eum, cibabis eum? Resp. Negatur: non 1: sed **ו** est affixum, & radix non **ע**ו: sed **עו** plantavit, & adeò rectè: *plantabis eos in monte hereditatis tuae*: notatur sc. *durabilis permansio Israelis in Ecclesia* unde proximè præcedit: *Venire facies eos*: (nec id saltem: sed &) *plantabis eos* conf. Rom. c. ii. nulla ergò hîc, uti delirant nonnulli, ambiguitas in fontibus: quod si enim illa obtinere deberet interpretatio, requireretur talis punctatio, vel: **וְעָשִׂיתָ** vel **וְעָשִׂיתָ** in pihel, vel Hiphil.

## LOCUS IV.

Exod. 15. 4.

**Seine außerswehleten Håuptleute suncken im Schilffmeer.**

1. Apparatus Pharaonis bellicus, 2. Lignum in Mara,
3. Tentatio & Mispach in Marâ.

**C**oncl. 1. Uti in Pharaonis armaturâ: ita in haut siccâ morte Tyranni memorantur **שׂוֹשֵׁי שׂוֹשׁ**, iidemq; præfecti curribus illis militariibus, quorum 600. memorantur selectiores c. 14. 7. unde in Cantico dicitur: *Schalischim Pharaonis selectissimi submersi sunt in mari Saph*: Lutherus noster: *Seine außerswehleten Håuptleute*: quomodo jam ante Chaldæus reddidit per **גַּבְרֵי מִכְנָן עַל מַשְׂרֵתָא** i. e. *Dynasta, præfecti castris* *Seine tapffere Kriegs Obrißten* quomodo Polyb. l. 2. de M R. bellatores requirit **ἀξιωματικὸς καὶ γενναϊκός**. Signantèr Græci expresserunt: **ἐπιλέκτους ἀναβάτας τελευτάως κατεπόντοι**. Scilicet **τελευτάως** ex asse convenit cum **שׂוֹשׁ**: in utroq; enim *Triarii* seu *Tertiarii* significatio. At quorsum respiciat, & unde illa *triarii* significatio originem habeat, quæritur? An 1. *â mensurâ magnâ, tertiâ mensurâ maxima parte*, quæ paritèr **שׂוֹשׁ** dicitur, non **שׂוֹשׁ** Pf. 80. 6. Esa. 40. 12. *factum*, ut *magni*, & *celebres viri*, *Dynasta*, *Heroes*, dicerentur **שׂוֹשֵׁי שׂוֹשׁ**? sed sic *tertiatio* danda quoq; esset, in applicatione. An 2. **שׂוֹשׁ** *Triarius*, qui 30. viris præest? An 3. **שׂוֹשׁ**, qui *tertiæ exercitus parti* seu *ala*, dem *rechten oder lincen Krieges* *Stügelcum imperio* præest, ut ita tota acies in 3. dividatur partes. An qui *tertianis* s. *Legionis tertiæ militibus*? Reijcimus has 3. rationes.

Consl

Concl. 2. Igitur per ἀναβάτας τριτάτας, quos meminit editio Græca, tres curru militari insidentes notari, quorum unus aurigatus fuerit, secundus clypeo protexerit, tertius pugnauerit, Orig. & Nyfs. statuerunt: Coeterum nec id convenit voci **שׁוּשׁוּ**: nec textui, in quo *Schalischim* curribus militaribus & exercitui promiscuo contradistingvuntur, & cum imperio, ponuntur: an ergo τριτάτας vocat πύς ἐπὶ τριῶν ἵππων ἰπποβελήκτας, quia veteres tribus equis ad bellum profecturi invehabantur? Nec id convenit usui **שׁוּשׁוּ**. Igitur vel πύς ἰχθυόσας καὶ πύς τρεῖς δυναμένους ἀντιπῆσαι, ἢ πύς ἐν τῇ παρατάξει τριπύς ἰσαμένους, ut ita *Tristates* fuerit, qui in locum vel occisi vel fatigati in prælio successerit, vel πύς ἐν τῷ καθέδραν τὸν βασιλέα τριπύς ἰσαμένους, ἢ πύς τριῶν ἔχοντας καθέδραν apud Regem, intelligunt patres Græci: quæ omnia ultimo ex parte excepto, aliena sunt à **שׁוּשׁוּ**: imò & à *Tristate Græcorum*, uti infra constabit.

Concl. 3. Rem acu tetigisse videri poterat R. Aben-Esra, unde etiam exscripsit sine Autoris nomine, Drusus fragm. vet. Interp. in Exod. p. 46. Verba Rabbini Exod. 14. hæc sunt: Scito quod persona Regis in numeratione prima sit, unde qui est proximus Regi, in dignitate secundà vocatur *Mischneh* i. e. *Secundanus* (e. c. *Reichshofmeister*) porro qui est gradu tertio post regiam dignitatem & adeò inclusà personà Regis, tertius, vocatur **שׁוּשׁוּ** quomodo *Naeman, Der Syrische Feldhauptmann*; item ille super cuius manum innitebatur Rex 2. Reg. 7. 2. 19. **שׁוּשׁוּ** dicitur quod Lutherus expressit *ein Ritter* conf. etiam 1. Reg. 9. 25. c. 15. 25. ubi non *Remaliam* Patrem: sed *Peka* filium *Schalisch* dici, accentuatio docet: ex quâ strictà acceptione, ampliatur vocabulum ad quemvis principem, Ducem, tribunum est applicatum conf. 1. Sam. 23. 8. unde & plures *Schalischim* uni fuerunt Pharaoni in hac expeditione bellicâ.

Concl. 4. Potest res illustrari ex militiâ Romanâ. Erat ibi *supremus Dux, Imperator*, à quo omnes & omnia pendeant: huic attributus *Legatus* cum ἐξουσία πρὸς βουλευτικὴν & συμβουλευτικὴν, qui erat quasi **שׁוּשׁוּ**: cui proximi erant, *Tribuni*, item, qui manipulis peditum, & turmis equitum præerant *Taxiarchæ* seu ordi-

ordinū ductores Decuriones, XXX. in X. cohortibus peditū. XXX.  
 in X. turmis eqviturū, qui proinde verē sint  $\text{וישיש}$ , & ex illis  
 maximē  $\text{וישיש}$  Primopilus, Legatis & Tribunis iure consilii mi-  
 litaris s. qvatenus  $\text{καὶ συνεδίου κοινωνοὶ}$  proximus, tam in co-  
 hortibus, qvām turmis.

Concl. 5. Sic in hāc expeditione ipse Pharaō fuit ὁ πρῶτος  
 s. Imperator paludatus: qvi ei adfuit ut  $\text{ἀμβροσία}$ , sive ut su-  
 premus post Regem  $\text{στρατοπυλάρχης}$  fuerit  $\text{πρωτος}$ : cōteri primi-  
 pili, Tribuniq; militum fuerint  $\text{וישיש}$ , & horum Antesigna-  
 nus  $\text{καὶ ἔξοχὴν וישיש}$ , qvem  $\text{τελευτάην}$  vocant Græci, in ordine ad  
 $\text{πρωτοστάτην}$ : s. ipsi *Principes & Imperatores* hāc ratione erant  
 $\text{πρωτοστάται}$ , qvōmodo Agathias l. ii. in Narseris acie contra Fran-  
 cos meminit ἐπὶ τοῦ μετώπου πρωτοστάτας *δωρακίας ποδήρεις ἐνημ-*  
*μένους* i. e. *principes loricas ad pedes usq; demissas induros*: qvamvis  
 & illi  $\text{τελευτάται}$  suarum turmarum fuerint  $\text{πρωτοστάται}$ . Sanē  
 $\text{וישיש}$   $\text{מחנה}$  s. *castra triplicata acie*, omnium ferē gentium cele-  
 brantur adprobatione: nec illa Homericā longē abit:

*Ἰππίας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ἄχεσφι  
 πειλοῦς δ' ἐξόπιθεν σῆσεν πολέας τε καὶ ἑσθλοῦς  
 ἔρχετο ἔμεν πολέμοιο, κακούς δ' εἰς μέσσον ἔλασσεν,*

*Atq; eqvites posuit cum curribus ordine primo*

*A tergo pedites praestanti robore belli*

*Munimen septimumq; sed in medio agmine viles.*

qvā antiqva acies illustrare potest Pharaonis aciem & currus mi-  
 litares: cōterum ordinem aciei fuisse Aegyptiis  $\text{וישיש}$  dubium:  
 inde dictos  $\text{וישיש}$  falsum.

Concl. 6. Porrō, ut statim post egressum ex mari rubro per  
 triduum in  $\text{ἀνώδρον}$  aridoq; deserto, qvōd verē fuit  $\text{וישיש}$   
 uti appellatur Deut. 32. itinere laboriosissimo profecti, in Marā  
 stationes fixerint, ut illorum fontium amarorum occasione mur-  
 muraverint, ut Moyses eo nomine Deum invocaverit, ut iubente  
 Deo, ligno fontibus injecto, amaritudinem fontium curaverit, ut pa-  
 ctum Dei, factā sponcione immunitatis Israelitarum à plagis Aegyptia-

*eis conditionatae, per conditionem 'obedientiae & observationis ob-*  
*stantis revelatae, Moses in Marâ publicaverit, & IHOVAH se*  
 לַיְשָׂרָאֵל נִפְתָּח obligaverit, id minor sectio caractere distin-  
 cta minuscule à v. 22. ad 27. satis edocet. Pro conclusione hujus  
 loci 4. geminam subjicimus quæstionem, nobilissimam. Quæ-  
 ritur 1. *an lignum illud, jussu Dei in aquas projectum, vim, quam tum*  
*exeruit in dulcendis aquis habuerit ingenitam?* Resp. Miraculum om-  
 ninò hic repræsentatur, sive vis illa ingenita, sive indita tum  
 supponatur. Pone prius, sanè 600. hominum millia, jumentis,  
 foeminis, imbellibus, exceptis, non exiguo contenta fuerunt fon-  
 te: cui purgando aptam ligni copiam momento congerere, diffi-  
 cilius, ut etiam sic miraculo correctus fuerit sapor aquæ. Et cum  
 hoc convenit magis, quod Deus dicatur *docuisse Mosén de hoc ligno,*  
 quomodo & Chaldaeus: אֵלֶיךָ יְהוָה וְאֵלֶיךָ יְהוָה אֵלֶיךָ  
 i. e. *Moses oravit supplex coram Domino, & docuit eum lignum &c.* un-  
 de certam ligni speciem fuisse, cujus naturam Deus Mosén docue-  
 rit, concluditur. Quæritur 2. An v. 25. sit hic nexus: *Quamvis*  
*Deus posuit statutum, tamen tentatus est à populo? An, quia Deus ten-*  
*tatus fuit à populo, idem Deus posuit statutum?* Resp. Datur tertium, ita  
 ut unum ac idem subjectum utriusq; prædicati Deus sit: nec adeò  
 posterius illud שֵׁם נִסְתָּר hic pro subjecto habet Israelém: sed  
 Deum, de quo dicitur 1. constitutio præcepti in Marâ, de obe-  
 diendo. 2. tentatio. Dicitur ergò: Deus שֵׁם שֵׁם: Deus שֵׁם נִסְתָּר  
*Israelém:* non dicitur: Israel Deum: quamvis omninò tentatus  
 fuerit à murmurantibus, tamen hic non dicitur.

Concl. 7. In illà Cantici parte, quæ excellentiam יְהוָה in  
 actu exercitò futuro celebrat, & beneficia in posterum eventura  
 prædicat, summariùm est v. 13. *Duces populum tuum quem redemi-*  
*sti:* ubi connexa ponuntur duplicis generis beneficia: unum  
*trepidatio hostium ad solam famam Aegypti, & maris rubri miracu-*  
*lorum v. 14. Da daß die Völker höreten / erbebeten sie &c. Laß sie er-*  
*starren wie die Steine; biß dein Volk h'Er hindurch komme &c.* ad v. 17.  
 alterum, duorum habet beneficiorum insignium complexum:  
 unum resp. Ecclesiæ V. T. v. 17. plantatio sc. Israelis in monte san-  
 ctitatis: alterum resp. Ecclesiæ Catholicæ v. 18. *Ihovah regnaturus*

לעולם ולעלמי עלמיה . לעולם ועד : *est in seculum , & in sempiternum :*  
 uti pulchrè Chaldaeus illam infinitatem explicat. Nos saltem sub-  
 jiciemus , quid Hierosolymitanus Targumista de hoc regno Ibovab  
 conceptuum habuerit : constabit id ex Paraphrasi ejus in hunc  
 versum , quæ ita habet : כיון דחמין בירת ישראל ירנסת  
 ופלאין דעבר להון קודשא וברוך הויה עלגף ימנה יהו שמור  
 רבא מברך לערמי עלמין יהבו יקר ותושבכתה רוסמו לאלההון  
 ענון בו ואמרון אלן לאלן אתון נתן כאלת בריוש פרוקנה  
 רהונה מעבר ונה מעתעבר רהונה מחלף ונה מתחלף  
 רהונה מלך מלכ בעלמנה הדין ועוד דידידה הויה כלילנה  
 למלכ דאתי ודידידה הויה עד עלם עלמיה : *i. e. postquam*  
*contemplati sunt in litore maris Israelita , grandia illa miracula & ex-*  
*celsa signa , quæ fecit illis sanctus & benedictus cujus nomen magnum be-*  
*neditum in secula , dederunt majestatem & gloriam ei , & exaltarunt*  
*Deum suum , respondentem & dicentes alter ad alterum : Age offeramus*  
*coronam , eamq; imponamus in caput REDEMPTORIS , qui transfert*  
*(Israelem) & non transfertur : qui mutat , & non mutatur : qui est Rex*  
*omnium Regum in hoc seculo : & cujus est Regnum & Corona in futuro*  
*seculo : & aded cujus est regnum in secula seculorum. Hæc sanè para-*  
*phrasis multum continet majestatis , & expressè REDEMPTOREM*  
*statuit æternum , eumq; & jam tum ab Israele coronatum : & Regem*  
*utriusq; seculi. Mirabile sanè de Mesiâ testimonium Hierosolymita-*  
*num.*

## LOCUS V.

Exod. 16. 4.

### MANNA.

Der HERR sprach zu Mose / siehe ich will euch Brode  
vom Himmel regnen lassen.

v. 14.

Am Morgen lag der Thau umb das Heer her / vnd  
als der Thau weg war / siehe da lag es in der Wassen rund vnd  
klein / wie der Thau auff dem Felde.

Concl. 1. Jam ex Mara in Elim XII. fontibus dulcioris aquæ,  
& LXX. Tamarim s. palmis , quæ , judicio Ab-Esra לא הצרירוח בארץ

**מריב** nobilem, in montanis Arabiarum felicitis & Petrae, delicatioremq; locum, & ex Elim iterum horridius desertum. Sin moverunt Israelitae, & simul in hoc pervenerunt, altera post egressum ex mari rubro vice murmuraverunt omnes. Characterem signanter exprimit Spiritus S. v. z. sc. die 15. secundi mensis praecise post mensem, quo ex Aegypto egressi erant: Scilicet, quo die ante mensem ex Aegypto erant egressi, & proinde peculiariter recordari debebant Stupendi illius miraculi, & beneficii egressus ex domo servorum, & hoc nomine celebrare Liberatorem Deum, illo ipso Die Aegyptum desiderant, magis de culinâ, de saginâ cadenda, de ollis carnum Aegyptiacis: quam de insignibus illis beneficiis, & providentiâ caelestis patris, solliciti, murmurant, & non salutarem: sed pœnalem, & ad interuersionem totius populi intentam educationem, Mosis obijciunt, ut ad hujus historiae respectum merito intonuerit Moses in cantico, **Dankestu dem H E R R also / du soll vnd thöriches Volck &c.** Deut. 32. 3.

Concl. 2. In tam communi murmure confirmatus Mosche singulari futuri gloriosi beneficii revelatione v. 4. & 5. & promissionem explicat, & potenter, *murmurantes*, assertione evidentis Dei gloriae, increpat, & verum murmuris, ac rebellionis objectum demonstrat: non sc. id esse Mosen & Aaronem: sed illum **מריב** v. 4. ad 9. s. Angelum foederis in columnâ nubis ante ambulanzem: & jam educitur Ecclesia murmurantium, versus columnam, cum ecce gloria Ibovab s. Angeli Christi, cujus **δοξα ως ποταμός** **πνεύματός** apparuit in ipsâ nube, & objecto per indignationem murmure, carnes promittit in vesperam: panem in matutinum toti populo. Adfunt illâ ipsâ vespera coturnices: manè verò stratus ros circa omnia Israelitarum castra: cumq; se elevasset stratus ille ros, ecce in superficie ipsius deserti tenue quiddam rotundum: tenue sicut ipsa pruina super terram, quod videntes Israelitae, dicebant alter alteri: **MAN EST**: non enim sciebant quid esset: dixit verò Masche illis: **Hic est panis ille, quem dat vobis Ibovab ad comedendum.** Queritur, An coturnicum cibus cum Manna fuerit per illos 40. annos continuatus? Negatur. Semel hic DEUS illos saturavit coturnicibus: deinde solo **Man** esse contentos voluit: unde cum tædio

Mannæ

Manna, ingratiſſimi homines iterum carnes expeterent, data quidem illis de novo ſunt coturnices: ſed ita, ut dum in dentibus adhuc erant, de eorum intemperie ſumtum fuerit horribile ſupplcinm.

Concl. 3. Ad *menſas Angelicas* & nobile *Manna* nunc accedimus. Præſcindimus jam controverſias plurimas de *Manna*, quæ intercedunt in diſputationibus cum Calvinianis, & Pontificiis e. c. *An Manna fuerit Eucharistiæ figura?* conf. Bell. l. 1. de ſacr. Euchar. c. 3. qvi, dum ibidem *Manna* velut *βρῶμα πνευματικόν* figuram Eucharistiæ in ſtatu, vel uſu ſeparato & longè diſjuncto ponit, & *πῶμα πνευματικόν* ab Apoſtolo 1. Cor. 10. adjunctum omittit, pro *communione* ſub unâ concludit: unde & l. 4. de Eucharist. c. 22. ita argumentatur: *Manna*, Eucharistiæ, ut ſacramentum eſt, figura, in ſolâ conſiſtebat ſpecie manducabili. E. & Eucharistia: cum tamen Apoſtolus immediatè conjungat in typo Eucharistico, *Cibum* & potum ſpiritualem. *An ita Manna & aqua de petrâ, figuraverint Eucharistiæ, & Baptiſmum, tranſitus per mare rubrum, ut Manna cum aquâ, & maris rubri tranſitus, ſacramenta fuerint, ſive extraordinaria, temporaria, ſive ordinaria?* quod negatum à Bellarm. unde porrò: *An ejusdem aliquo modo virtutis fuerint Manna & Eucharistia?* conf. Bell. l. 2. de eff. ſacr. c. 17. Calvin. l. 4. inſtit. c. 14. §. 23. Sanè ex hypotheſi Calviniſtarum, triumpharet *Manna* præ Eucharistiâ: ſive conſideretur, *Manna*, ut donum abſtractum à ſignificatione: ſive ut ſymbolum externum in ipſâ ſignificatione. Cæterum his verbo ſaltem adumbratis, ad noſtra accedimus. *Quæſtionum hîc illuſtrium Trias exſurgit.* *Quæritur ſc. 1. quomodo intelligendum illud שֵׁכַר רֹרִים ſ. Stratum roris?* *Reſp. 1. Stratum roris eſt ipſe roſtratus in caſtrorum circuitu כְּסוּר רֹרִים* uti pulchrè Chaldæus, quo purificabatur quaſi terra, in quobenedicti roris puro ſtrato cubabat & fovebatur *cibus de cælo*, *Manna*: quod ſtratum myſticum, repræſentant Judæi in Sabbatho, *per poſitum panis inter duo menſalia*, quomodo *Manna cubans in illo ſtrato*, habuerit *rorem ſupra & infra*. Verè enim *Manna* requievit ut מִנְחָה בְּקוֹפְסֵי *ſ. repa-*

f. repositum in capsâ s. in strato quâ de re. 2. descendente noctu super castra roris, simul descendebat Manna cum roris Num. ii. non autem בַּהֲסֵלֶקוֹרֵי הַטָּרֶם demum in elevatione roris, uti hîc habet Abenefra. 3. Quando ergo stratum illud roris per radios solares elevabatur s. removebatur, statim revelabatur, sublato tegumento, Manna, & ecce tûm apparebat illud דָּק מַחֲסַפִּים s. tenue rotundum, quod Istaelitæ vocaverunt Manna. Notetur saltem verbum *adscendendi*, bis propriiissimè usurpari: malè autem ab Abenefra hîc & Gen. 49. reddi in significatione *pereundi*: verè enim ros resolutus adscendit, & dum adscendit, ros esse desinit, etsi non planè in Ens negativè abit.

Concl. 4. Qvæ. 2. Quid intelligendum per illud דָּק מַחֲסַפִּים Resp. 1. Voce דָּק tenuitas notatur, eaq; cum tenuitate s. subtilitate pruînæ comparatur. 2. מַחֲסַפִּים à Chald. redditur, ac si esset à rad. חֲסַף decorticatum, denudatum, delectum ex acere: id enim est חֲסַף unde Chaldeus expressit; Et cum auferretur descensus roris ecce super faciem deserti tenuitas quædam denudata in modum calcis, quæ quasi gelu jacebat in superficie terre (Notetur autem Targum hîc variare: in Venetis enim magnis & Regiis legitur רַעֲדָק רַגִּיר i. e. minutum coacervatum: at in edit. recenti cum tripl. Targum & apud Raschi legitur כְּנִיר i. e. quasi tectorium calcis) at constanter ab Hebræis per עֲגוּר teres rotundum, s. id quod orbiculari constat figurâ: neq; nisi hoc loco reperitur ullibi in totis scripturis. Fuerit ergo Man acervus *infinitorum granulorum tenuium*, & orbicularium.

Concl. 5. Cæterum de ipso nomine Manna, & verbis Israelitarum v. 15. Man hu nobilis est quæstio tertia, quam proinde peculiari classe s. loco ventilabimus.

## LOCUS VI:

Exod. 15. 15.

וַיִּרְאוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל־אָחִיו מִן־הוּא כִּי לֹא יָדְעוּ מַה הוּא  
 Targum: Jonath. מַה הוּא quia nesciebant מַה הוּא  
 אמרו גבר לאחיו מִנָּה הוּא אֲדִי לֹא יָדְעִין מַה הוּא

Kk

LXX.





**Concl. 2. Probamus 1. Illa est etymologia Man in v. 17. qvā est etymologia Man in v. 31. ratio 1. qvia nullibi diversitas tam insignis deflexionis, & mutati conceptus notatur. 2. vox מן utrobiq; eodem modo punctatur. 3. extra identitatem etymologicam principium denominationis non determinatur. 4. in nescientiā nominis, occasio nominis realis non fundatur. 5. nec sic occasio, vel fundamentum nominis notatur, nisi utrobiq; idem statuatur suppositionis Man respectus. At v. 31. etymologia Man est à radice מן idq; agnoscit Junius ex vi textus: item consentiunt omnes celebriores Hebraei & Chaldaei. Probamus 2. qvia Man pronomē monstrum est in Lingvā S. LXX. quidem uno in loco Man Patachatum reddiderunt pronominaliter Ps. 61. 8. cœterum & malè illud, & alienè. Malè: qvia Man ibi Imperativus verbi est: non pronomē: alienè: qvia ibi Man cum - est: hîc cum ׀: ibi ex hypothesi LXX, esset interrogans personale: hîc reale.**

**Concl. 3. Frustra est, qvōd Junius, Drusus, & alii obijciunt, i. rationem illam parentheticam: nam nesciebant quid esset. Resp. dicebant Israelitæ: Man hu i. e. jam præparatus, coctus, confectus, & dispositus cibus est: nesciebant enim quid esset i. e. qvia non poterant illud nomine magis proprio appellare. Obij. 2. Responsum Moſis: Hic est panis &c. supponit interrogationem Israelitarum. Resp. explicatio illa supponit iudicii de cibo illo admirabili & conceptus apud Israelitas ad saginam intenti indeterminationem: non formalem interrogationem. Obij. 3. Chaldaus. Resp. sanè hic non legit מן vel מן, & ne quidem Syriacū מן: sed מן qvōd præparationem, dispositionem &c. & adeo hoc loco cibum notat dispositum: ut frustra ad hunc provocet Junius: quin distingvit expressè positum מן הוּא & הוּא מן, Obij. 4. Man est ex Dialecto Syrorum. Resp. 1. Unde probabitur Israelitas & quidem omnes tum locutos fuisse Syriacè? 2. vel huic admirabili cibo nomen imposuisse ex Chaldaicâ 3. מן Chaldaicum est interrogativum personale: non nisi rarissimè, reale. 4. & punctatur non per ׀, uti hoc Man s. Manna: sed semper per - . Obij. 5. Esse Arabicum. Resp. 1. idem qvōd ad obi, 3. Resp. 2.**

conf. Ab-Efra, qui hoc glossema doctè refutat h. l. verba ejus sunt: *In lingua Ismaelica*  $\text{וְאֵי}$  non est interrogativum rei: sed persona Obji. 6. *Esse ex lingua Aegyptiaca*. Resp. 1. posito dari in *Aegyptiaca*, probandum, in nomenclaturâ admirabilis hujus cibi, Israelitas recurrisse in Aegyptum. 3. Hâc ratione supponitur quod est  $\text{אֲשֶׁר־אָמַרְתִּים}$ , sc. orationem hîc esse interrogativam. 4. Addatur:  $\text{וְאֵי}$  recipit articulum & affixum. Est ergo nomen radicalitèr appellativum: uti foemininum  $\text{מַנָּה}$  quod passim obvium: conf. Num. ii. 6. 9. Nchem. 9. 20. ubi est  $\text{מַנָּה מַנָּה מַנָּה}$  Manna tuum.

## LOCUS VII.

Exod. 16. v. 16.

### PRIMA LEX MANNA.

Das isst aber / daß der HERR gebotten hat / ein jeglic  
 Het samble des / so viel er für sich essen mag / vnd nehme ein  
 Gomor auff ein jeglich Haupt / nach der Zahl der Seelen in  
 seiner Hütten.

Concl. 1. Sequntur jam *leges convictorii Manna*, ab ipso Deo præscriptæ, à Mose promulgatæ: *Hoc est verbum, quod præcepit Dominus, & evêtu comprobata*, quas nunc ordine exponemus. Lex 1. *Unusquisq, paterfamilias pro ratione familiae & capitum tentoriij sui, computato ad summum in singula capita Omer s. 10. parte Ephæ, de Manna singulo mane, ante solem incalescentem & liqvescipientem, accipito.* Lex hæc exprimitur ut à Deo per Mosen imperata v. 16. ut ab Ismele observata v. 17. 18. Quæritur circa hanc legem 1. quomodo dicantur Isralitæ Legi huic satisfecisse, cum alii plus, alii minus dicantur collegisse v. 17. ? Resp. illud magis & minus dicitur resp. primæ & communis collectionis: *acceptio Omer* resp. subsequents accurata secundum mensuram à patribus familias distributionis: collectio fuit inæqualis: at distributio æqualis: sed Geometricæ proportionis, ita ut acceperit  $\text{אִישׁ לְפִי אֹכְלוֹ}$ , quæ mensura generalis, uti v. 16. in membro exprimitur 1. ita in fine legis memb. 2. v. 18. repetitur, ne quis, æqvè in pusionis vel pueruli caput Omer computatum existimet, quàm in caput adulti, vel ætate profecti.

Qua-

Quamvis nihil obstat, quò minus & hic מִנְיָן dari possit : si concipiatur in intentione colligentium fuisse mensuram Omer, & secundum hanc, supposità generaliori illa regulà, illos intendisse jam tum colligere Manna : neq; tamen accuratè mensuram adæquasse : sed, cum omnes se Omer habere putarent, hunc paulò plus : alterum minus habuisse quà rem ipsam : at in ipsà mensuratione domi, mirabilitè contigisse, ut nec ille plus : nec minus haberet, & adeò velut miraculo æqualitatem deprehensam exactè fuisse. Nobis prius placet.

Concl. 2. Quæritur 2. Quæ ratio sit mēsuræ Omer, celeberrimæ illi ac sapiùs iteratæ mēsuræ, vel hoc nomine inclutæ, quod singulis diebus tantū Manna in singula distribueretur capita, quantū continebat hæc mensura? Re. 1. nomen Omer est mensuræ vocabulū, seu מִנְיָן, notans vi radice, quæ videatur Deut. 21. 14. c. 24. 7. mensuram, vel negotiationi, e. c. emptioni, venditioni: vel commoditati vel ministerio & usui nostro inservientem. 2. Quantitas ejus ab ipso Deo in hoc textu exprimitur v. ult. Omer est decima pars Ephæ : unde & resp. Ephæ מִנְיָן ab Hebræis dicitur, i. e. decima: quoniam autem manipulus frumenti tantum hordei, aut tritici continebat, quantum Omer capiebat, inde & ille Omer dicitur Lev. 23. 10. 3. Ephæ autem regia & exemplaris, imò ipsarum mensurarum mensura, tria continebat Sata, 18. cabos, Ova 432. ut ita Omer contineret  $1\frac{1}{2}$  Kab, & quintam Kabi partem, seu quantum capiunt  $43\frac{1}{2}$  Ova communiæ gallinæ (ovum enim commune gallinæ, Hebræis principium est mensuræ.) Ephæ mensura trium Satorum nomine passim venit in Scripturâ Gen. 17. in convivio Angelico: sic in N. T. Matth. 13. 33. quæ modiorum nomine expressit Vulgatus, ut ita Ephæ 3. modios, Chomer vel Hhomer, XXX. modios definiat, unde intelligitur vis & maledictionis, & Vulgatæ translationis Esaiæ c. 5. Fontes habent: sementis Hhomer, reddet Ephæ: Der ein Homer sät / soll ein Ephæ wieder bekommen. Vulg. Triginta modis sementis, facient modios tres. Opreme. Zehen Schffel aufgesetzt / vnd einen wieder geerndet / vnd also von dreissig drey. Maledicta sanè mellis, & misera decimæ.

## LOCUS VIII.

Exod. 16. 19. 20.

### LEX II. MANNA.

**V**nd Mose sprach zu ihnen: niemand lasse davon et-  
was vber bis morgen. Aber sie gehorchten Mose nicht &c.  
Da wuchsen Würme drinnen / vnd ward stinckend / vnd Mose  
ward gornig auff sie.

**C**oncl. 1. In lege hac secundâ ponitur 1. *Mosis edictum* s. lex ipsa,  
quæ hæc est: *De demenso diurno Manna nihil per dies ante sabbati-*  
*cos in crastinum reservator.* 2. *Israelitarum factum contrarium.* 3. sup-  
plicium, tum reale, quo putruit illorum *Man*: tum verbale, quo à Mose  
irato vehementer objurgati. v. 27.

**C**oncl. 2. Quæritur hic 1. *An Israelitæ hic formaliter transgressi sine*  
*Legem de non colligendo supra demensum Omer? an Legem de non reservã-*  
*do Manna ad proximum mane?* Aff. post. Inst. E. coacti sunt è *פ' חמשה עשר*  
ad manducandum Omer. Resp. obligavit Omer in excessu: non in  
defectu, non *supra*: sed *infra* colligere licebat in caput *לפי שא*  
*לכנו.* Inst. E. resolutio tamen fit in collectione, quâ Omer collegit,  
qui Omer manducando par non fuit, & adeo particulam reserva-  
vit. Resp. resolutio fit in inobedientiam, quâ Omer quidē collegit,  
qui Omer manducando par fuit, & qui non par fuit, minus col-  
legit: at vel ex *curiositate*, vel ex *ambitione* velut *ע' ב' א' ב' ג' ד' ה' ו' ז' ח' ט' י' כ' ל' מ' נ' ס' ש' צ' ק' ר' ש' צ' ק' ר'* sibi cer-  
tius de victu prospecturus, & an iterum plueret Manna, dubius, fru-  
galius hodie est pransus, *reservatâ in crastinum particulâ.* Unde &  
peccatum hoc Israelitarum non arcessitur ex excessu Legis i. vel ex  
aliqvâ hypotheticâ necessitate: sed ex *affectedâ incredulitate* &  
*inobedientiâ*: conf. v. 20. Ponatur autem, *qui par fuit Omer, postea,*  
*vel appetitu labascente, vel alio casu obstante, imparem, annon reservare*  
*debebat ad aliud mane: sed contra appetitum se saginare?* Resp. Hebræi  
de hoc casu notant: illud Manna residuum, *extra castra fuisse defe-*  
*rendum, vel extra tentorium* *למחרת יכרהו לאכילתו*. Notetur autem transgressores illos non  
poni omnes Israelitas: sed quosdâ saltem: quæ ratio est, quod  
*אנשי* s. subjectum in propositionis secundæ ponatur territorio.  
Inobedientes autem illos *Datan & Abiram* fuisse Raschi notat.

L O

## LOCUS IX.

### LEX III. MANNA.

Concl. 1. Lex Manna tertia à v. 22. ad v. 31. proposita hæc est :  
*Die sexto unquavisq; duplum colligito , simplum Manna in cibarium  
diei 7. Sabbaticum asservato ; nec ullus venerabili die Sabbati ad colli-  
gendum Manna exito : quam legem & autoritate Dei v. 23. Moses fir-  
mavit , & ipse eventus , tum immunitate illius Manna Sab-  
batici à vermiculatione , & fatore vers. 24. tum frustratione  
illorum , qui Sabbato exiverant collectum Manna , comprobavit , ite-  
ratâ , occasione facti hujus contrarii , lege cum increpatione v. 29.  
cui tandem obsecuti Israelitæ vers. 30. quem Vulgatus expressit : *Et  
sabbatizavit populus die septimo.**

## LOCUS IX.

Exod. 16. 31.

Luth. *Das Man war wie Coriander Samen/ vnd weiß/  
vnd hatte einen Schmack wie Semmel mit Honig.*

Text: orig: *והוא (מן) כורע גר רבן וטעמו כצפירית ברכש :*

Targ. Onkel. *הוא ככר ווי גידא חור וטעמה יכנסה קרוטח ברכש.*

i. e. Et erat tanquam semen Coriandri album : & sapor ejus sicut  
crustulata ex simila & oleo , cum melle.

Targ. Hier. Jon. *מנא כורע דכוסבר חור וטעמה כשפויי ברכש.*

i. e. Man erat sicut semen Coriandri (nomen Hierosolymitanum hoc  
convenit planè cum Arabico conf. Ab-Esra in h. textum , &  
Shindlerus in pentaglotto p. 912.) *& gustus ejus erat sicut pla-  
cente in melle (tosta in sartagine, vel patellâ , & frixâ.)*

LXX *ἢν δὲ ὡς ἐστὶν ἀπὲρμα κηρίου λευκόν· ἢ δὲ γαῦμα αὐτοῦ ὡς ἐγ-  
κλις ἐν μέλιτι· Α. ἄμυλ· ἐξ ἐλαίου. Δ. ὡς ἄμυλ· ἐν μέ-  
λιτι. Α. μέλι κηρίου.*

Samar. Ut semen oryza (ores, Ars, Arsi, oryza)

Trem. Erat quasi semen coriandri album , & ejus sapor , velut  
epichyti ex melle.

Vulg. — — gustus ejus quasi simile cum melle.

Raschi: Man erat ( *עגור* ) (rotundum orbiculare) sicut semen co-  
riandri (& praterea) album : & sicut pasta (massa farinacea)  
tosta vel frixa in melle.

R.

R. Haggon & alii. Et fuit Man, *sicut semen Sinapi*, album (conf. Mat. 13. 32.) & sapor ejus, instar placentæ azymæ, ita ut manducatum sit instar melliti, & coctum instar oleo tincti.

Concl. 1. מן גר לבן sumendum in sensu diviso: non in composito: docet id accentuatio, tum emphatica illa & emphaticè subjeçti representativa in voce 1: tum pasta in voce 3. f. גר. Non ergò componendum: *Man erat album, sicut semen coriandri*: sed *Man erat 1. sicut semen Coriandri. 2. idem Man erat album* ita ut comparatio sit non qualitativè: sed quantativè: non in colore (neq; enim *Manna* nigrū: neq; *coriandrum* album) sed in *parvitate*, & *rotunditate*: confirmat hanc accentuationis distinctionem, textus parallelus Num. 11. 7. & unicè hujus propositionis interpretativus.

חמן כורעגור הוא זעיקו כעין הכדורח:

i. e. *Manna* fuit sicut semen coriandri: at qualitas ejus, sicut species Bdellii. nò ergò qualitativè s. respectu coloris fuit instar coriandri: sed Bdelli, s. pellucidi unionis ac margaritæ: sed ratione externæ dispositionis s. quantitatis, ita ut grana habuerit tenuia, orbicularia instar granorū coriandri. f. גרורים רקים כרמות גרגרי הגר. uti Hebraei loquuntur. Probamus ergò hîc vehementer ex Judæis *Raschiū*: ex nostris, Lutherum, qvi interpositâ particulâ vñd: quæ implicite saltè est in fontibus: *Es war wie Coriander Samen/vñd weis* pulchrè expressit illum, qvem diximus, sensum divisum, & descensum copulatum. Licet autè in significato præsentî nullibi occurrat vox גר uti & צפיה in scripturis: non opus tamen est hîc vel cum איע dicere: לא ארערי vel cum Haggæone, confugere ad semen sinapi vel cum *S amar.* ad *oryzam*: maximè cum pro *Coriandro*, Arabes, Hierosolymitani, Chaldæi, Græci, Latini, sint interpretes.

Concl. 2. Quæ dicuntur de placentâ s. lagano mellito ad *crudum* *Manna* saporem referimus, ita ut in ore manducatis fuerit instar placentæ vel crustuli melle paritèr ac svavissimo humore præstantissimi olei tinctæ conf. Num. 11. 6. fluentis & stillantis quasi dum masticatur. Coctū enim *Manna* diversos sapes acqvisivisse, imò *moli, tundi, coqvi*, & *ex cocto Manna* placentas subcineritias fieri potuisse idem textus Num. 11. 6. edocet. Patet hinc quid judicandum de interpretibus, & pamphrastis superioribus.

☞ ) \* ( ☞







LOCUS IX.

LEX III. MANNA

Concl. 1. Lex Manna tertia à v. 22. ad v. Die sexto unusquisq; duplum colligit, simplum diei 7. Sabbaticum asservato; nec ullus venerabilis gendum Manna exito: quam legem & autoritatem mavit, & ipse eventus, tum immunitate batici à vermiculatione, & fetore vers. 2 illorum, qui Sabbato exiverant collectum Manna ratâ, occasione facti hujus contrarii, lege cui tandem obsecuti Israelita vers. 30. quem Vusabbatizavit populus die septimo.

LOCUS IX.

Exod. 16. 31.

Luth. Das Man war wie Coriander und hatte einen Schmeck wie Semmel

Tex: orig: וְשֵׁמֶן כַּצְפִּירִית בְּדֶבֶשׁ

Targ. Onkel: וְשֵׁמֶן כַּצְפִּירִית בְּדֶבֶשׁ

i. e. Et erat tanquam semen Coriandri album crustulata ex similia & oleo, cum melle

Targ. Hier. Jon. וְשֵׁמֶן כַּצְפִּירִית בְּדֶבֶשׁ

i. e. Man erat sicut semen Coriandri (nomen Hieronimicus convenit planè cum Arabico conf. Abshindlerus in pentaglotto p. 912.) & gustu cente in melle (tosta in sartagine, vel pasta)


LXX ἢν δὲ ὡς ἐστὶν ἀπέριστα κορίου λευκόν τὸ δὲ κρεῖς ἐν μέλιτι Ἀ. ἄμυλ. ἐξ ἐλαίου. λιπ. Α. μέλι κορίου.

Samar. Ut femem oryza (ores, Ars, Arsi, oryza)

Trem. Erat quasi semen coriandri album, epichyti ex melle.

Vulg. — — gustus ejus quasi similia

Raschi: Man erat (עגור) rotundum orbiculatum coriandri (& praeterea) album: & sicut pasta tosta vel frixa in melle.



ec est ;  
arium  
d colli-  
fes fir-  
Sab-  
ratione  
t, ite-  
e y. 29.  
it : Ec

weisß

וְשֵׁמֶן  
כַּצְפִּירִית  
s sicut

וְשֵׁמֶן  
כַּצְפִּירִית  
m hoc  
am, &  
ut pla-

ὡς ἐγ-  
ἐν μέ-

velut

en co-  
lacea)  
R.